Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Legi in cuiusdam libro assumptio inquid humani corporis
hoc est hominem quem dñs de maria est dignatus assumere
Ipsum inquid dicis scabillum pedum eius. Licet quidem assumptus sit
homo et ad comparationem dei omnis creatura scabillum pedum.
Tamen hoc ipsum scabillum sociatum est do et deserti suo. Video equi
rem audeam loqui. ego ita adoro scabillum quod quondam fuit
sicut thronum. et si enim noueramus xpm sec carnem. sed iam non
nouimus eum sec carnem habuerit. forsitan scabillum ante mortem
ante resurrectionem quando manducabat quando bibebat
quando nros patiebatur affectus. Post quam uero resurrexit et
ad caelos uictor ascendit. ego non intellego aliud sedentem et aliud scabil
lum sed totum in xpo thronus est. quaerit et dic quare uel quare
quomodo sit nescio et tam credo quod sit. miraris signore de diui
nitatis misterio cum me ipsum nesciam. Interrogas me quomodo
et diuinitas et incarnatio unum sit. Cum ego nesciam quomodo ui
uam dm intellexisse credisse est dm nosse honorare est.
Sufficit mihi scire quod scriptum est. sufficit mihi scire quod credo plus autem
nec uolo nec capio. Si enim plus scire uoluero et hoc incipio pdere
quod credo. fideles dicimur non rationales. Denique dicitur et adno.
credis quod ego possum facere. et dicitur ad mulierem fides tua te
saluum fecit non ratio non inquisitio non quare uel quare fiet tibi est credidit
quia fiet et fiet tibi est quia credidit. Moyses et aaron in sacerdotib:
eius et samuel inter eos qui inuocant nomen eius. multi erant beati sa
muel putant esse sacerdotem non fuit sacerdos leuita fuit.
Denique et uestimentum illi non fiebat qsi sacerdoti sed qsi leuitae. Nam scrip
tum est et fiebat inquid ei mater sua uestimentum. efod bad. efod dicitur
uestimentum. bad uero dicitur lineum. lineum autem uestimentum non habebat
nisi leuitae. Sacerdotes autem habebant de quinque species: hoc est de
auro. de iacintho. de bisso. de purpura. de cocco. Quicumque igitur sa
cerdotali genere erant hac habebant uestimenta. leuitae uero habe
bant efod bad hoc est uestimentum lineum. Hoc igitur ipsum et nc dicitur
Moyses et aaron in sacerdotib: eius et samuhel inter eos qui inuocant no
men eius. Illi sacerdotes sunt iste leuita est tam non quaeritur dignitas
apud dm sed opera. Denique quae fecit moyses. fecit et samuel quomodo moyses